N° 37 10 Sg.

Literarum, quibus inuictissimus princeps, Henricus octauus, rex Angliæ et Franciæ, dñs Hybernię, ac fidei defensor respondit, ad quandam epistolam Martini Lutheri, ad se missã, et ipsius Lutheranę quoq; epistolę exemplum.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

XBa.

# PIO LECTORI.

PLATO Philosophus ille Athenienſis, ſocraticæ ſapientiæ diuinus interpres, rempublicam inſtituēs, tum demum felices ac beatas fore ciuitates dixit: ſi quando aut illis philoſophi imperarent, aut earum magiſtratus ac principes philoſopharent: id quod, ſatis luculēto exemplo declarat in dies rex hic illuſtriſſimus, non minus eruditione clarus notuſq; quam armis inuictus, cæteriſq; uirtutibus cunctis conſpiciendus. Cuius ingeniū et prudentiā oſtendunt uel editi ab eo libri: quibus inſana atque impīa dogmata Martini Lutheri, ſic confutauit, ſic

Lutherum ipſum omni conſilio con-
tra diſſerendi denudauit: ut omni ra-
tionis loco ſublato, ad meretricia iur-
gia & ſcurrilia conuicia dumtaxat Lu-
therus cõfugerit. Quod, rex pruden-
tiſſimus atq; idẽ eruditiſſimus, cum
ſenſiſſet: nõ eſt dignatus cũ ſcurrante
impuro nebulone connugari: ſed pro
magnitudine animi, ea omnia blate-
ramenta nugalia, et frigida fraterculi
ſcõmata, tanq̃ cachinnantis morio-
nis inconditos geſtus, contempſit.
Nunc uero cum auſus Lutherus eſt,
tam ſtolide, fauorẽ eius ambire: quo
illius nomine abuti liceat, ad cõmen-
dandũ factionem ſuam: haud com-
mittendum putauit: quin ſignificaret
omnibus: nõ tam leuem eſſe ſe: uti fa-
tui fra-

tui fraterculi, lenibus blanditijs ineſcari aut capi uellet: nec ita inconſtantem: ut ab eo, quod uerum et rectum noſſet, deduci ullo pacto poſſet. Quo circa, ita ſingulis Lutheranę epiſtolæ partibus reſpondit: uti nō ſolum ſibi Lutherum, ſed facile cuiuis oſtendat. Tum, talem in reſpōdendo tēperaturam ſeruat: ut et tu Lector pie uideas: qd de Lutheri animo ſentiendum ſit:

nec ipſe Lutherus (q̄q̄ iniquus et improbus) conqueri aut cauſari poſſit, ſecum actum benigne non eſſe.

Vale.

# EPISTOLA LVTHERI.

## INVICTISSIMO ILLVstrissimoq; principi et domino, domino Henrico octauo, regi Anglię et Francię, domino suo clementissimo.

GRATIAM et pacem in christo Iesu dño et saluatore nro amen. Qz̄q uereri merito debuerim, serenissime rex, illustrissimeq; princeps, lris maiestatē tuam tētare: ut q mihi conscius maxīe sum: grauissime offēsam esse maiestatem tuā libello meo: quē nō meo genio, sed incitantibus ijs, q maiestati tuę parū fauebant, stultus et p̄ceps edidi: tamen, spem et ausum mihi facit, nō modo regia illa tua clemētia, sic mihi literis et uerbis in dies cantata

cantata a q̃ plurimis: ut cũ mortalem ſeſe nouerit, immortales inimicitias ſeruaturã eſſe nõ credam: uerum etiã quod fide dignis teſtibus didici: libellum ſub maieſtatis tuę noĩe in me editum: nõ eſſe regis Anglię: ut uideri uolebant ſubdoli ſophiſtę: qui maieſtatis tuę titulo abuſi, nõ ſenſerunt, q̃ ſibi ipſis periculũ in regia ignominia pararent: preſertim illud monſtrum, et publicum odium dei et hoĩm, Cardinalis Eboracenſis, peſtis illa regni tui: ita ut uehement nũc pudefactus, metuam oculos coram maieſtate tua leuare: qui paſſus ſim leuitate iſta, me moueri in talem tãtumq; regem, per malignos illos operarios, preſertim cum ſim fex et uermis: quem ſolo con

O pudentiã et modeſtiam Lutheri.

 temptu,

temptu, oportuit uictum aut neglectum esse. Accidit ad hęc quod me serio compulit, q̃tumuis abiectũ, scribere: maiestatem tuam cepisse fauere Euangelio, et nõ parum tedere istius generis hominum perditorum. Hoc sane nuncium fuit uere Euangelion, idest letũ nuncium cordi meo. Quare his literis, prosterno me pedibus maiestatis tuę q̃tum possum humillime: et p̃ Christi crucem et gloriam oro et obsecro: maiestas tua dignet̃ sese submittere, et ueniam donare in quibuscumq̃ maiestatẽ tuam lesi: sicut Christus orauit: et dimittere debita, nos quoq̃ inuicem iussit: deinde si maiestati tuæ non uidebitur contemnendum: ut alio libello publico, palinodiam

Noua in Luthero humilitas

diam tantem, et nomẽ maieſtatis tuę
rurſus honorem: det mihi clemẽtem
aliquam ſignificationem: tum in me
mora non erit ulla: faciam illud liben
tiſſime. Q̃uis enim, ſim homo nihili
ad tuam celſitudinem comparatus:
tamen, non parum fructus euange=
lio et glorię dei, hinc ſperare licebit:
ſi mihi ad regem Anglię ſcribendi de
Euangelij cauſa, fuerit copia facta.
Interim maieſtatem tuam (ut cepit)
dominus augeat: ut pleno ſpiritu, et
obediat et faueat euangelio: nec ſinat
aures regias, et animum occupari pe=
ſtilentibus ſirenum uocibus: q̃ nihil
niſi hereticum Lutherum uociferari
norunt. Tua vero maieſtas apud ſeſe
cogitet: quidnã mali poſſim docere:
qui

Noneget rex tali honoris ſui autore.

Aduerte lector quid hic rex reſponderit.

q̃ aliud nihil doceã: q̃ fide Iesu christi filij dei, pro nobis passi, et suscitati, saluos fieri oportere: sicut testantur euangelia, et epistolę apostolorum. Hoc enim est caput, et fũdamentum doctrinę meę: super quod postea edifico, et doceo charitatem erga proximum, obedientiã erga politicos magistratus, tum crufixionem corporis peccati: ut itidem p̃scribit christiana doctrina. Quid in his capitibus doctrinarũ mali est? Expectetur tamen: audiatur et iudiceť primũ. Cur damnor, neq; auditus neq; cõuictus? Porro quod abusum et tyrannidem pontificum taxo: qui alia q̃ ista predicta capita, imo contraria docent, interim censibus, pompe, uentribus, imo regnis, et

Hoc q̃ verũ sit consydera.

gnis, et principatibus, oimq; opibus innitẽtes: nõne idipsũ et vulgus sentit et dãnat: atq; ipsimet coguñ confiteri? Cur non emendãt sese et recta docẽt, si odio et correptiõe liberi esse uolũt? Videt sane maiestas tua serenissima q̃ti principes in Germania, quot politię, deinde quot uiri sapientissimi mecũ faciant: et (deo gratia) indemnatum cupiant. Quorũ numero utinam Christus maiestatem tuam ascribat: et ab istis animarum tyrannis separet. Quid mirum uero, si Cęsar et aliquot principes in me seuiunt? Nonne ut Psalmus. 2. dicit, Aduersus dominũ et Christum suum fremunt gentes: meditãtur populi: conspirant reges terrę: et conueniunt principes? ut miran-

Quin tu id facis: q sic iubes?

ut mirandū potius sit: si aliquis prin-
cipum ac regum Euangelio faueat.
At id iam olim facit princeps iste. Huic miraculo, in maiestate tua q̃ op
to ex totis medullis, aliqñ gratulari.
Et ipse dñs (quo presente et uolente
hęc scribo) cooperetur uerbis meis: ut
rex Anglię breui fiat perfectus disci
pulus Christi, Euangelijq; professor:
Hinc vide licet illę lachrimę. tum Lutheri clemẽtissimus dominus
Amen. Responsum (si uisum fuerit
maiestati tuę) expecto clemens
et benignum. VVittenbergę
prima Septembris, anni
domini. M. D. X X V.

Regię maiestati tuę subiectissimus
Martinus Lutherus, manu propria.

# INVICTISSIMI PRINcipis HENRICI octaui, regis Angliæ et Franc. &c. Ad Martíni Lutheri epistolam responsio.

QVAS TV Luthere literas, prima Septembris, Anno dñi Millesímo quingẽtesímo vicesío quínto datas, ad nos mittendas curasti: eas nescío ubi nã terrarum díu peregrinatas, tandem alíquando accepímus. In his, aís dolere pudereq; te: q; stultus p̃cepsq; librũ in me tuum, non tuo quídem genio sed incitãtíbus his, qui míhi parum fauebant,

Catalogus eorum quę in epistola Lutheri ad regem continent.

fauebant, edidiſti: quo te tibi ſcribis maxime cõſcium eſſe, q̃ grauiter nos offenderis: atq; ob id merito uerendum tibi literis nos tentare. Sed aĩm tamen auſumq; tibi factum ſcribis, non ſolum q; me tam clementem intelligas, ut quũ mortalem me meminerim inimicitias immortales nolim gerere: uerum etiam q; fide dignis teſtibus didiciſti: libellum meo nomine de ſacramentis editum: non eſſe uera meũ, ſicuti uideri uolebant ſubdoli (ſic enim ſcribis) ſophiſtę: q; nr̃ę maieſtatis abuſi titulo, non ſatis ſenſerint q̃tum ſibi periculũ, in ignominia nr̃a pararẽt: preſertim Cardinalis Eboracenſis: quẽ et monſtrũ uocas, et odiũ publicum dei et hominũ, et

regni

regni nr̄i peſtem. Hac ergo de cauſa, ſic te pudefactum ſcribis: ut oculos in me leuare non audeas: qui per operarios illos iniquitatis, paſſus ſis in talem tantumq; regem tam leuiter te moueri. Cęterum ſubiungis: id te tandem ad ſcribēdum compuliſſe ſerio: q; ego iam cęperim fauere euangelio: et tedium p̄cepiſſe tandem, iſtius generis hominum perditorum, eorum uidelicet qui ſectę aduerſant̄ tuę: eam rem uere euāgelion eſſe ſcribis, nempe letum nuncium cordi tuo: et per q̄ ſancte p̄caris: uti ſic me dominus augeat: ut pleno ſpiritu obediam ac faueam euangelio, nec mihi ſinat aures aimq; peſtilētibus Sirenum uocibus occupari quæ nihil aliud poſſunt q̄ clamare,

Hoc eſt q̄ rem verā

tacere non norunt.

clamare, Lutherum esse hæreticum. Post hęc hortaris, ut cõsiderem nihil esse mali posse ĩ doctrina tua: quippe qui nihil doceas aliud q̃ fide Iesu christi filij dei passi pro nobis et suscitati saluos fieri oportere. Nam hoc esse caput et fundamẽtum doctrinę tuę: super quod edificare te dicis charitatem erga proximos et obedientiam erga politicos magistratus, tũ crucifixionẽ corporis peccati: deniq; in his audiri petis, admirans admodum damnari te: quum nec auditus nec conuictus sis. Ad hęc pro more tuo debaccharis in ecclĩam Romanam: iactans interim Germanię multos principes a parte tua cõsistere, nec mirum esse si te Cęsar et aliquot item pricipes persequant

sequãtur, sed potius esse mirandum, si princeps aliquis vnus faueat euangelio: quum principes semper et populi Christo soleant obsistere. Tum uehementer optas huic aliqñdo miraculo in me gratulari: ut fiam perfectus Christi discipulus, euangelijq; ꝓfessor, et fautoribus tuis adnumerer. Obsecras prẽterea, et per Christi crucem nos obtestaris: ut tibi condonemus: quod tuus me libellus offenderit: pollicens ultro te (si mihi placiturum senseris) alium protinus editurum contra, et in honorẽ meum palinodiam scilicet esse cãtaturum: asserens atq; affirmans, haud parum fructus euangelio et gloriæ dei sperari posse: si tibi ad regẽ Anglię scribendi

Pollicita Lutheri.

de euangelij cauſa fuerit facta copia.
HEC SVNT Luthere omnia: que tua continebat epiſtola ex quibus ſicuti ſatis olfacimus, non ea te ſentire quę ſcribis: ſed ꝑſpectum habemus et cognitū: quo ſubdola tendat oratio: ita nos e diuerſo morē ſecuti noſtrum, ne quid technis hmōi ſimplicibus poſſis imponere, ad ſingula tibi decreuimus breuiſſime reſpōdere.

Qꝛ AIS LIBRI TE TVI pudere: neſcio q̃ tu iſtud uere dicas: verum hoc vnū ſcio, ſatis eſſe cauſę, cur debeat, non illius modo libri pudere te, ſed tuorum etiam ferme omnium: quippe qui nihil pene complectantur aliud, q̃ errores turpiſſimos, et inſa-

et insaniſſimas hæreſes, nec ratione ſuffultas nec eruditione ſubnixas, ſed quas aſſerit et obfirmat, tantum pertinax impudentia: dum tu tantus author haberi poſtulas: quãtus nec hodie quiſq̃ ſit: nec ante hac quiſq̃ fuerit. Nec ſatis uideo, qui uerum ſit: ut ad edendum in me libellum tuum ſis ab his incitatus: qui parum fauebant mihi: quum res ipſa doceat, ab his incitatum potius: qui parum fauebant tibi: quippe, quum liber tuus ſit eiuſmodi: ut nec aliud quidq̃, q̃ probrum cõciliare poſſit autori: et librum honeſtet meum: cui tuus declarat, ne verbũ quidem ſani capitis ullum reperiſſe te: quod aliquando poſſes opponere: quę res ſatis ut opinor indicat: uter

Impudentia vnica ratio eſt Luthero, probandi omnia.

cat: uter noſtrum cauſam habeat me-
liorem. Iam, quantumuis te fingas
credere, editum a me libellum, nō eſſe
meum, ſed meo nomine ſubornatū a
ſophiſtis ſubdolis: tamē et meū eſſe,
multi maiori fide digni, q̄ ſunt tui illi
fide digni teſtes cognoſcunt: et ego
quāto tibi minus placet, tanto magis
libenter agnoſco. Nam q̄ eum mihi
ſcribis ignominiā parere: nemo certe
non intelligit (quantumlibet tu diſſi-
mules) q̄ ęgre habet animum tuum:
q̄ libellus meus tanto bonorū et do-
ctorum omniū conſenſu comproba-
tus eſt: tum eius ſedis honorifico cal-
culo, quę ut tuas condemnauit hære-
ſes: ita ſanctiſſimo uiro Hieronymo
tantæ fuit autoritatis: ut ſatis eſſe du-
ceret:

Romana ſedes quā-tum autoritatis habuit apud ſanctum Hieronymum.

ceret: ſi ſuã illi ſedi fidem apprɔbaret.
Quibus ego tamen honoribus non admodum certe glorior: ut qui meorum operum oim et ſoleam, et deum precor, idem ut perpetuo faciam, gloriam et honorem oẽm deo acceptum ferre. Verum hoc tamẽ, me non nihil (vt uerum fatear) oblectat: ꝙ qualequale fuit opuſculum noſtrum (neqꝫ enim neſcius ſum imbecillitatis meę) tua tamen cauſa tãto fuit imbecillior: vt libellus ille noſter (quatenꝰ ſe porrexit argumentum) non ea tantum oĩa deterſerit: quæ tu ſordidus in ſacroſancta ſacramẽta prius expueras: verum etiam quicquid furioſus euomuiſti poſtea: et te adegit ad eius generis excogitandum librum: ex quo

Q; Lutheri diſſimilis eſt pius hic princeps.

Ira quo de duxit Lutherum.

totus uideret orbis, præ ira atq; animi impotentia factum te ex impio, prorsus insanum: utpote in quo non eruditionis modo atq; ingenij, sed et honestatis omnis oblitus, nihil prorsus aliud attuleris, q̃ loquacitatẽ stolidam, meretriciam maledicentiam, et plusq̃ scurrilem petulãtiam: quum meus liber contra, nõ in ecclesiam solum (cuius tu fidem laborabas euertere) nostrum spirarit officium: sed etiam (supraq̃ tua merebatur impietas) charitatem erga te, et emendandi tui potius q̃ perdendi desiderium: idemq; doctissimorum uirorum iudicio, multiplices errores tuos et efficaci ratione reuicerit: et potentissimis scripturis, non illis quidem ex animi mei

mei commento tractis in cauſę com=
modum (quemadmodum ipſe ſoles ubiq; ſacras literas ex libidine tua tor quere) ſed ad ſanctiſſimorũ patrum uetuſtiſſimas interpretatiões expen=ſis, et ad amuſſim congruentibus, ne quid in ea re nobis eſſet cum his com mertij: quos tu ſophiſtas ſoles appel lare: qui tamen ſunt uiri reuera pro=bi, et in primis docti: ſed quos non in aliud ſophiſtas uocas: q̃ q; effica=ces eorum rationes, quibus tuas pro=dunt et refellunt inſanias, ſophiſtices inuidia cupis degrauare.

Nihil eſt hoc vero verius.

IAM Q; PESTILENTI lingua tam improbe ſcurraris in Re=uerendiſſimum in Chriſto patrem,

De Reue=rendiſſi=mo domi=no legato

pulcherri-
me respon
det pientis
simus prin
ceps.

lem Eboracẽsem primarium consilia-
rium nostrum, et Angliæ Cancella-
rium, magis perspectam habeo sin-
gularem eius prudentiam: q̃ ut eum
quicq̃ cõmoueri credam, scurrilibus
eius linguæ conuitijs: quæ in totam
scurratur ecclesiam: quę sanctissimos
ꝑscindit patres: quę nullos non blas-
phemat diuos: quæ Christi contem-
nit apostolos: quæ sanctissimã chri-
sti matrem inhonorat: quæ deum ip-
sum, uelut scelerum omniũ fontem,
authorẽ, impulsoremq; blasphemat:
quæ blasphemiarũ tuarum detestan-
da colluuies, nusq̃ non euidenter pa-
tet: tum ex omni parte ꝑnicioso rum
operum (quæ tãto cum christiani po-
puli damno conscripsisti) tum ex his,

Lutherus
quibus se
exercet en
comijs.

quę

quę passim in Germania tam furiose patrant, tuis hęresibus efferati rustici. Itaq; Reuerendissimus ille pater, q̃q̃q̃ nobis iam diu fuit ꝓpter eximias eius uirtutes charissimus, idem tamē est eritq; in dies tanto nobis charior: quanto illum tibi tuiq; similibus magis uidemus inuisum. Nam q̃ eum regni mei pestem appellas: nō est consilium fraterculo rationē reddere: ex eius uiri singulari prudentia, fide, labore, studio et salubri diligentia, nos regnumq; nostrum quanta cōsequamur commoda. Verum, ut omittam cętera, uel hoc satis indicio est: q̃ toti terrę nr̃ę salutaris sit: q̃ ex animi nostri sententia demandatum sibi munus, perq̃ diligenter exequitur: ditio-

R. D. legati honorifica et liberalis mentio.

nem noſtrã ſedulo purgans hereſum ueſtrarum peſtilenti contagio: q̃bus interdum intrant Angliam quidam uehementer egroti: nempe ex ijs ueniẽtes plagis: quas inſalubris oris tui noxius infecit afflatus: quos tamen ipſos diligenti inquiſitione compertos, eiuſdem Reuerendiſſimi patris ſalubri diligentia, non ſolũ arcuimus, ne q̃d ad noſtros eius lepræ ſerperet, uerum etiam tractatos commode et magna cũ charitate curatos, fidei integritati reddidimus. Nam, q̃ ad noſtros attinet (deo fauente) ſperamus, et prudentiores eſſe et in Chriſti fide multo firmiores: q̃ quibus ueſtra ſecta, nõ minus impia q̃ abſurda, poſſit adblandiri: quantumuis tibi ſpem

Hoc eſt q̃d infrendet Lutherus qui ſanitatem omnibus inuidet inſanus.

iniecerit

iniecerit, siue nescio qs alius nugator improbus, siue (ꝙ magis arbitror) vnus aut alter apostata fraterculus: q e regno meo profugi, et a fide Christi transfugæ, in luxu et libidine uoluptuãtur apud te: quibus ego regnum meum tam bene purgatũ duco: ut si q restent adhuc eiusdem furfuris alij (quos nõ admodum restare multos spero) sed tñ si qui supersint reliqui, eos oẽs optemsimul ut habeas tibi.

In hoc cœni volutabro se proluunt sues.

EVANGELION ESSE dicis idest letũ nunciũ cordi tuo, iam cepisse me fauere euangelio: tanq̃ hactenus nunq̃ fauerim euangelio. Cęterum ꝙ non tam nuper amare cepi, et reuerenter euangelium legere: q̃ tu

videri

videri uis, uel hoc indicio potest esse: ꝙ iam olim (q̃tumuis id dissimules) euidentibus euangeliorum testimonijs, tuas aliquot peruici, perniciosas hęreses, q̃ res (ut dixi) tibi satis ostendit, non nunc primum me tractare euangelia. Quamobrem, uolo cognoscas, euãgelium nobis p̃cipuum studiũ et fuisse diu, et semꝑ futurum esse: utpote cuius doctrinam intelligam maxime esse salutarem: sed his dumtaxat quicunq; in euangelij studio contra q̃ ipse soles, ingrediẽdum sibi proponant. Nam tu in scripturis interpretandis, aduersus orbem totũ semper consueuisti, tuorum somniorum commenticijs inuentis insistere: repudiato nimirum sapiẽtis consilio, qui

At Lutherus nihil vocat euãgelicũ nisi quod ipse probat.

Q̃q̃ est ĩpudẽs Lutherus, istud tamẽ haud potest negare.

qui ſcribit: Fili ne innitaris prudentię tuę: et ne ſapiens videri velis in oculis tuis. Cæterū q̄ ad me attinet et noui ſatis et libenter agnoſco: q̄ ex me ipſo ſim ſacris literis intelligendis impar, eoq̄, ſuppliciter inuocato diuini ſa- uoris auxilio: toto me corde ſubijcio, primum (quę plurimū ualere debent) placitis eccleſię catholicę: deīde inter- p̄tationibus orthodoxorū patrum, quos diuina benignitas liberaliter in ſtruxit literis: illuminauit gratia: ſuf- fulſit fide: ac bonis ornauit operibus: miraculis deniq̄ declarauit, et fidem eorum ſibi placuiſſe et uitam: quum tu e diuerſo ſanctiſſimos patres con- temnens, et ſcurriliter eorū blaſphe- mans memorias, detrahens quoad potes

Vtinā hāc modeſtiam ſequeret Lutherus.

Hęc Luth. exuſſit.

Cur Luth. inuidet ce leſtibus.

potes eorum honoribus, ne ſplendor et reuerentia tantæ ſanctitatis, facem p̃ferret pudendis hęreſibus tuis, nullíus ingenium probas præter uníus tuum: et quũ manifeſtam ſtultitiam pro prudentia, aperte falſam hereſim ꝑ ueritate defẽdas; nihil habes aliud cui prorſus poſſis inniti, niſi ꝙ uelut Stentor exclamas, ſcripturã eſſe pro tua ꝑte ſatis dílucidam: eoſq; omnes ꝙbus aliter unꝙ uiſum eſt, fuiſſe penitus ſaxa, truncos, ſtipites, quãtumuís numeroſi fuerint, quantumuís ingenio, quantumuis eruditõne, quantumuis ſanctitate claruerint. Deniq; uerbís hunc in modũ re p̃clare geſta: ſubornas et ꝑpellis rudes ac rebelles ruſticos: qui ſub euangelicę líbertatis

Lutheri mos diſputandi.

pretextu

pretextu grassentur effrenes, et p̃ furiosa factione tua depugnent. Si quis usq; adeo parum ualeret ingenio, ut hęrere quicq̃ aut dubitare posset: utra potissimum uia foret insistendum, uestra ne ista noua, an trita illa sanctissimorũ patrum questionem oẽm seruator ipse dissoluit, cum dixit. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Nam de illis dubitat nemo quin boni uiri fuerint et inculpatæ uitæ: qui deo seruire ieiunijs, orationibus, et castitate studuerint: quorum scripta omnia spirabant charitatem. De te uero nihilo dubitant magis: quum te uideant in his quæ moliris omnibus, ab inuidia atq; superbia cepisse, dum ira et maleuolentia progredi atq;

Argumentum insolubile.

Lutherane virtutis circulus.

atq; procedere, et inanis gloriæ flatu prouectum, in turpissimam demum libidinem desinere. Itaq; quãtumuis hanc doctrinam tuam euangelicę libertatis p̃textu uestias: tametsi mihi satis conscius sim q̃ sit tenuis hęc eruditio mea: nõ est tamen usq; adeo tenuis: uti persuadere possis: ut credam bono te esse proposito: quum assidue

Lutherani spiritus indicia.

spiritum p̃dicans, totus interim voluptuaris ī carne: quũ sic adornas te, uelut exhortaturus orbem ad euangelicę uitę formulam: deinde celebem castitatem dehortaris: quã accurate nobis cõmendat euangelium: et demum abijcis ipse, receptam olim et uoto promissam, ac dedicatam deo castitatem tuam: in quã seruandam omnis

omnis te ſacrarum literarum autoritas obſtringit.

SCRIBIS LVTHERE VEhementer pudere te: oculos in nos attollere: q̄ te tam leuiter paſſus ſis, per operarios iniquitatis (ut ais) aduerſus nos moueri. Verum ego profecto non paulo magis admiror: q̄ te non pudet ſerio leuare palpebras: et uel in deum uel hominem quenq̄ probum oculos intendere: qui te paſſus ſis inſtigante diabolo, in eam ingenij leuitatem cadere: ut ob carnis ineptias, et obſcenas libidines, quū frater Auguſtinianus eſſes, monacham deo dicatam ſcelerato compreſſu uiolaris. Quid, q̄ non cōpreſſiſti ſolum (quale flagitium

Lutheri apoſtaſia et impuritas vitæ.

Lutheri flagitium nec ethnicis ferendum.

flagitiũ ſi deſignaſſes olim apud Romanos ethnicos: et illa terram uiua ſubijſſet: et tu ad mortem uſq; uerberibus eſſes mulctatus) uerum etiam (quod nimio eſt execrabilius) publice pro uxore nuptijs inceſtiſſimis traduxiſti: atq; ita palam ſummo cũ totius mundi ſtupore, ſummo per orbem totum opprobrio ueſtro, ſummo cum ſacroſancti coniugij cõtemptu, ſumma cũ ſanctiſſimorũ uotorum cõtumelia, per nephas abuteris in quotidianũ proſtibulum. Deniq; (quod omniũ eſt maxime deteſtandum) cum te deberent tam execrandi facinoris pudor et dolor obruere: penitentię loco prę te fers miſer impudentem gloriam, tam longe fugiens

Barathrũ ſceleris.

implo=

implorationem uenię:ut etiam in tui ſceleris exemplum paſſim, pſeudoreligioſos alios literis ac libris prouoces. Quamobrem Luthere, quum deſignes talia: non admodum profecto miramur: q̄ ſanctorum omnium cultui, tam valde vis eſſe detractū: quippe q̄ intelligis, ex illorum honoribus et reuerētia tuorum flagitiorum opprobrium creſcere. Nam quiſquis eos credit fuiſſe bonos: idem, neceſſe eſt ut ſentiat peſſimum eſſe te: qui doctrinæ factisq̄ ſanctorum, et doces et facis impudens, tam ex diametro pugnantia. Etenim, quis probare poteſt fraterculi clauſtralis matrimonium: qui quidem cuiusq̄ faciat, ſanctiſſimū & eruditiſſimum patrem

Diluat hoc Lutherus.

Hieronymum. Nam is, uouentibus (inquit) non ſolum nubere, ſed etiam uelle damnabile eſt. Lege Luthere ac relege illius optimi patris epiſtolam ad monacham lapſam, et ad diaconũ item: qui eam uiolauerat: tũ ex his et aliorum item ſanctiſſimorũ patrum religioſis literis, diſce miſer te horum potius pœnitere ſcelerum: q̃ editis inſaniſſimis libellis in defenſionem criminis inexcuſabilis, exemplo peſſimo, et ſcelerato ſuaſu tuo, infeliciſſimos damnationis tuæ ſocios contrahere. Iam iſtud plane demiror: qui de ſcripturę peritia te tam improbe paſſim et importune iactas: quomodo potes tam facile uotum tuũ contemnere: quum in ea legas: Si q̃d uouiſti deo:

Sanum ſalubreq; cõſilium.

Eccleſiaſtæ. 5.

deo:ne moreris reddere. Displicet enī deo infidelis promissio. Et item illud: Vouete et reddite domino deo vrō. Psal. 75.
Quid illud? Quum uotum uoueris dño deo tuo: non tardabis reddere, quare requiret illud dñs deus tuus: et si mortuus fueris reputabitur etiā tibi in peccatum. Verū tu (ut uideo) castitatis et ieiunij, pauptatis et obedientię uota sanctissima, numerāda censes inter Mosaicę legis seruiles ceremonias. Nam et mores et libelli tui satis uidentur ostendere, nouæ legis euangelicam libertatem, non in alio (si qs tibi credat) q̄ in libidinis licentia consistere. Cęterum Isaias ꝓpheta, longe sensit aliter. Nam is, In die (inquit) illa (denotās christianę legis Deut. 23. Quæ sit Luthero libertas euāgelica. Isaię. 19.

tempora) uota uouebunt domino, et ſoluent: nimirum ſignificãs in euangelicæ legis decurſu, uota chriſtianorum plus habitura uirium: et ſanctius eſſe ſeruanda: q̃ fuiſſent vnq̃ in lege Moſaica. Cuius rei deus exemplum p̃buit: cum in Ananiam et Saphyrã in pecunię ſubtracta portiuncula preuaricatum uotum, tam ſeuere uindicauit. Qua de re, beatus Gregorius tanq̃ te Luthere compellaret ac ſcortũ tuum (neq; enim coniugiũ eſt quo uos eſtis coniuncti) hunc in modum admonet monachos: Ananias deo pecunias uouerat: quas poſt uictus p̣ſuaſione diaboli, ſubtraxit: ſed qua morte mulctatus eſt ſcis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit:

Actis. 5.

Gregorij verba.

qui

qui eos, quos dederat nummos deo, abſtulit: conſidera quãto periculo in diuino iudicio dignus eris: qui non nummos, ſed temetipſum deo omnipotenti, cui te ſub monachali habitu deuoueras, ſubtraxiſti. Quid tu Luthere? quid tua illa miſera mulier ad hęc? Si peccatum agnoſceretis: ſi uos criminis ueſtri caperet dolor: etiam ſi quid interim carnis fragilitate peccaretis: eſſet tñ ſpes reſipiſcentię quemadmodũ in Magdalena fuit ac Dauide, multisq; itidem alijs. Verum nũc quam ſpem p̃bes de te: ſi perſiſtas in defenſione criminis: et quod erubeſcere deberes, impudẽs gloriaris: quũ vitia tua virtutẽ vocas: et aliorum virtutem uocas uiciſſim uitium: An non

An nõ hic te Luthere compellat beatꝰ Gregorius?

incidis p̄ceps in illā maledictionis uoraginem: quā in tui similibus deplorat Isaias: cum dicit: Ve qui dicitis bonum malum, et malum bonum, ponētes tenebras lucem, et lucem tenebras: amarum in dulce, et dulce in amarum. Iam quum scripturas istas omnes floccifacias: quum eas ad tuæ libidinis affectū detorqueas: quū earum sanctissimos interp̄tes contemnas: et eorundem saluberrimam doctrinam reijcias, sanctissima beatorū patrum uita cōprobatas: tum aduersus hęc omnia, tuam dūtaxat opponas improbam pertinaciam: et argumētis plane brutalibus et furiosis nenijs, aduersus uota scurraris, hęresi tā insigni: ut nec maior temere, nec manifestior

Isaię. 5.

nifestior audita sit: tñ precaris deum: ne meas aures occupari sinat pestilentibus sirenũ uocibus: quę nihil aliud norunt: q̃ clamare Lutherum esse hęreticũ: quum ego nullã audiam (hac sane parte) magis sonoram sirena: q̃ libellos tuos: quippe qui meis auribus nihil occlamant aliud: q̃ Lutherũ esse hęreticũ: usq; adeo, ut certe uehementer mirer: qua fronte possis apud me iactare te nihil aliud docere q̃ fide Iesu christi filij dei pro nobis passi et suscitati, saluos fieri oportere, tum super hoc fundamentum edificare postea, charitatem erga proximum, et obediẽtiam erga politicos magistratus, et crucifixionẽ corporis peccati.

Qꝫ prudẽs et sancta precatio.

Sic scilicet docuit suos in Germania rusticos.

Vtinam

hæc tua uerba tam uera forent: q̃ falsa esse cognosco. Nam quęso quo modo super fidem edificas charitatem: quum solam fidem doces ad salutem, sine bonis operib⁹ sufficere. Etenim, q̃q̃ in eo libro quo debaccharis ī me (quū sic urgebat pudor: ut te pigeret iam ea de re quicq̃ audire amplius) imputasti mihi tuorum uerborū calumniam: tamen non solū nihil omnino ad tua ipsius uerba respondisti: quę nos tibi inter sacramentorum assertiones obiecimus: quibus illa tam detestanda hęresi sic te ligatum constrinximus: ut nulla uia posses elabi: uerum etiā homo pudens et prudens idem dixisti denuo eo ipso in libro: in quo

Insignis Lutheri sed vsitata impudentia.

quo falso quereris, id tibi per calum-
niam falso exprobratum prius. Sic
enim scribis: Sacrilegium est et impie
tas: uelle placere deo per opera et nō
per solam fidem. Quę uerba non mi-
nus aperta sunt: q̃ quę prius tibi scri-
pta sunt in Babilonica: quum hūc in
modū scripsisti: Ita uides q̃ dives sit
homo christianus, siue baptisatus: q̃
etiam uolens non potest perdere sa-
lutem suam, quātiscunq; peccatis: ni-
si nolit credere. Nulla enim peccata
eum possunt damnare: nisi sola incre-
dulitas. Cætera omnia, si redeat uel
stet fides in promissionem diuinam
baptisato factam, in momēto absor-
bentur per eandem fidem.

Verba Lutheri in libro aduersus regem.

Verba Lutheri in Babilonica.

HAEC TVA verba, tam manifeste

quid

quid ſentis indicant, ut nec ullā poſ-
cant nec admittant gloſſulam. Neq;
Dic aliquā Luthere colorem. enim color ullus affingi poteſt: quin
contra chriſti uerba, Anguſta eſt uia,
quę ducit ad cœlum, tu cum euāgeli-
ca libertate tua, latam nobis ac faci-
lem ſternis illuc: quo tibi leue vulgus
concilies: docēs ſatis ad ſalutem fore:
ſi q̄s dei tantum promiſſionē credat,
abſq; ullo bonorum operum labore.
Quod genus fidei longe abeſt a diui
Galatis.5. Pauli ſententia fidem tradentis quę p̄
dilectionē operatur. Cui aſtipulatur
Corin.13. et illud: Si eſtis in fide, ipſi uos pro-
bate. Quę p̄batio, niſi p̄ opera bona
Actis.10. qui fiet? Etenim q̄ operatur iuſticiā,
acceptus eſt deo. Quin et beatus Io-
annes euangeliſta, aduerſus ſeducto

res

res eiuſmodi: qui populũ inani ocioſa et mortua fide decipiunt, Filioli, inquit, nemo uos ſeducat: q̃ facit iuſticiam iuſtus eſt, Certe Luthere, ex tua forma credere, abſq̃ fructu bonorum operum, et in uitiorũ uolutabro magna cũ ſecuritate uiuere, fretum dumtaxat iſta ſpe ſuperba et nimis arroganti fiducia, q̃ ſola fides tot obſtinatorum ſcelerũ colluuiem abſorbeat: fides eſt haud dubie deterior diabolica. Nam (ut diuus inquit Iacobus) Tu credis q̃ vnus eſt deus, et dęmones credunt et contremiſcunt: in hoc te minus mali ſunt: quia tu nõ times. An non hoc tibi nominatim Luther locutus uidetur Apoſtolus: qui p̃ hęreſim hãc tuam: qua ſolam fidem ſufficere

1. Ioan. 3.

Lutheri fides cuiuſmodi ſit.

Iacob. 2.

ficere contendis ad ſalutem: oēm dei timorem poſtergas? Etenim cum dicis, tam diuitem eſſe baptizatum: ut ſalutem ſuam etiam ſi uelit quātumuis obrutus ſceleribus: tñ non poſſit perdere: niſi nolit credere: ſtatim profecto conſequitur ſuperuacaneū eſſe timorem omnem dei: ſiue qui ab eius iudicio iuſtiſſimo et horrēdis inferorum cruciatibus elicitur: quo timoris genere ſtimulati uirtutem uerſus iter arripimus: ſiue qui ex eo colligitur: ꝙ quem adamamus ut patrem: ut filij timemus offendere. Nam quorſum opus eſt metū, rem amaram et moleſtam adiungere: ſi ſola ſeruare poteſt hoiem, ſuauis et iucunda credulitas. Quorſum nos, aut dei timore aut gehennæ

Lutherus omnē dei timorem tollit.

hēnæ terrore torquemus: si nuda ſuf-
ficit fides oībus exuta moleſtijs? Et
ꝓfecto Luther, quū inter aſſertiones
tuas, oēm timorem damnationis et
inferorū, a præparatione penitentiæ
ſemoues, iubens ut eam ſibi ſolo pro-
curent amore: facis tu quidē hac in re
magnā peccatoribus iniuriam: qbus
uideri ſtudes tenero quodam fauore
miſericors. Nam illis interim id labo-
ras tollere: quod deus optimus ordi-
nauit, tanq̄ ꝑcipuum quoddam me-
dium: per quod proficeretur in amo-
rem: qui nec ipſe ꝓfecto (dum in hac
peregrinatione uiuit) ſatis tutus eſt:
quum absq; timore nimium ſecurus
eſt. Nam ſi non in timore domini te-
nueris te inſtanter (inquit) ſcriptura Eccleſia-
ſtici. 27.
cito

cito ſubuertetur domus tua? Etenim q̃ ſacras ſcrutatur literas: nō vna tantū uia peccatores uidebit attractos, ſed plurimis: atq̃ in his illo etiam ipſo timore ſeruili, omnibus tamen ad vnum finem tendentibus: nempe reſipiſcentiam uitæ: ſine quibus mediis peccator non ſtatim ſemp̃ attingit illam ſalutis effectricē charitatem. Quamobrem, quod aliud conſilium poſſis peccatoribus dare deterius: q̃ quo ſuades ut ea fugiãt media: p̃ quæ a vitijs auulſi feliciter traherentur ad deū. At nec alia ferme via ſępius trahimur: nec initio certe fortius: q̃ illo timore: quem incutit: horror inferni: quod ipſum fuit in cauſa: ut hunc terrorem, clementiſſimus oīm Chriſtus,

ob ocu-

ob oculos poneret ipsis etiã Apostolis: cum dixit: Timete eum: qui cũ occiderit habet potestatẽ mittere in gehennam, ne quis eam reputet nihil habere momenti miseris peccatoribus: nec ad huc tam pœnitentibus q̃ pœnitentiam meditãtibus. Quibus, quid potest esse salubrius q̃ timor? q̃ (ut ait scriptura) peccatũ expellit: et q̃ sine timore est: nõ poterit iustificari. Et tu timorẽ iudicij et pœnarum nõ tm̃ studes auferre contritioni (quum sit ille, via tritissima: qua peccati laqueos fugimus) uerum etiã quo securius immoremur uitijs, freti fiducia fidei, metum omnẽ prorsus labores tollere ab amore dei: quum cõtra scriptura dicat: Timor domini initium dilectio-

Lucæ. 12.

Ecclesiastici. 1.

Ecclesiastici. 25.

dilectionis: imo (qđ supra dixi) mi-
Ecclesiastici.27. netur etiã: ꝙ si non in timore domini
tenueris te instanter: cito subuertetur
domus tua. Sed nec illud scriptura ta-
cet, quantam uim timor habet ad fi-
Eclesia.2. dem. Qui timent (inquit) dominum
non erunt increduli uerbo illius: qui
timent inquirẽt quę beneplacita sunt
ei. Quid, quod a timore sapientiam
quoꝙ docet auspicandam. Nam in-
Ecclesiastici.1. itium (inquit) sapientiæ timor dñi.
Ita uides, ut timorem (cui tu tantum
detrahis) literę sacræ, quibus tantum
te deferre simulas, non sapientię tan-
tum et fidei, sed (dum peregrinamur
in uia) etiam amori coniungit, et certe
non immerito. Nam qui timore iu-
dicij fugere cepit, atꝙ horrere pecca-
tum

tum (quod vnum a deo mentem eius auerterat) necesse est magis reddatur idoneus: qui et amet deum, et redametur a deo. Eam ob rem, timoris tã necessarij, Propheta conspiciens utilitatem: eum in senõ mitti solum: sed et incuti fortiter, et cum doloris sensu uibrari precatus est. Confige (inquit) in timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui. Et quorsum uoluisset nos deus admonere tartari: et inferni cruciatu terrere: nisi ut eius cruciatus timor: chami freniq; loco foret: qbus homines a peccato reflecteret: reflexos ad se retraheret: retractos in charitate, et suo fauore dirigeret. Quamobrem, quũ sit apertissimum, hunc te timorẽ tollere: et opera bona Psalm. 118.

palam oppugnare: tum in pœniten-
tibus ſatiſfactionem contemnere: q̃
impudenter facis: quum ſcribis te ſu-
per fidem edificare charitatẽ: quando
nos aperte probauimus idq; tuis ip-
ſius uerbis omnino nihil ambiguis:
nihil te fidei tuæ ſuperſtruere prẽter
opera mala: dum doces absq; bonis
operibus fidẽ ſolam ſufficere: et ope-
ra bona contemnis, magnus author
absq; metu quidlibet audiendi male:
dum ſcelera cuncta promittis in mo-
mento ꝑtinus abſorbenda ꝑ fidem:
prẽſertim ut tu fidem definis: quum
ſcribis q; eſſe nullo modo poteſt niſi
ſit uiuax quędam, et indubitata opi-
nio: qua homo certus eſt ſupra oẽm
certitudinem ſe placere deo: ſe deum
habere

habere propitium: et ignoscentem in omnibus: quæ fecerit aut gesserit. Quibus uerbis, indicis profecto nimis arrogantẽ fidem: suadens ut homo peccator sibi sic blandiatur: uti se non solum habeat de diuino fauore certissimum, sed certum etiam apud deum esse se in fauore tam eximio: ut uelut unicum dei delitium, quicquid designarit flagitij: deum nõ possit offendere: tanq̃ deus promiserit, propt vnius credulitatis meritum impunitatem peccatorum omnium. Ideo nimirum, qꝑ (ut scribis in Babilonica) omnia protinus in momento fides absorbet scelera. Sed hæc superba et ociosa fides, quantum sola soli placet tibi: tantum displicuit uetustis olim patri-

Babilonica Lutheri.

Verba diui Isodori.

patribus. Itaq; beatus Isodorus frustra, inquit, sibi de sola fide blanditur: qui bonis moribus non utatur.

Augusti.

Idem scribit diuus Augustinus, uelut occasione captata ex etymologia uocabuli: Fides, inquit, appellata est ab eo quod fit: duæ syllabæ sonãt quum dicitur fides, prima a facto secunda à dicto. Interrogo te igitur utrum credas, dicis credo: fac quod dicis et fides est. Sed qd tibi uerba patroni quondam tui: a quo nunc turpiter desciuisti transfuga? Quid cuiusq̃ ueterum, quos omnes floccifaciens, audes contendere, nullam esse ad fidem uiam aliam, imo nullam aliam omnino fidem esse, nisi quam falso definis ipse, quam et si perinde uelis accipi, tanq̃

sit

sit formata charitate: nunq̃ tñ apud orthodoxę fidei peritos, id potes obtinere: quum tuã fidem facias et bonorum operum tam negligentem, et tam facile absorbentem scelera: ut sceleratis nebulonibus indulgeat flagicitioseq̃ uitę supinam securitatẽ. Nam contra, beatus Apostolus eam censet in adultis fidem ueram: quę per dilectionẽ operatur. Et diuus Ioannes: Qui diligit, inquit, deum mandata eius habet et seruat ea. Ita ut utriusq; sententia, alterius de fide, alterius de dilectiõe necessario declinare debeas a malo: et operari bonum: nec in ocio sa illa et arrogãti fide quiescere: qua te certum fingis, super omnem certitudinẽ, te placere deo: eumq; uel appro-

Galat. 5.

Ioan. 14.

bare uel ignoscere quicquid omnino facis. Quod si uerum esset, bonus ille deoq; teste, uir tam rectus Iob, ut similis ei nõ esset in terra, non tam fuisset meticulosus: ut diceret: Verebar omnia opera mea, sciens q non parceres delinquenti.

Iob.9.

IAM QVVM scribis, fidem oportere viuacẽ esse fateor: sed viuax esse sine dilectione non potest: nec diligit (ut ait euangelista) qui dei mandata non seruat: nec mandata seruat adultus: q non in bonis laborat operibus. Consequitur igitur ut tua fides, quæ opera bona contemnit, uiuax esse nõ possit: sed plane sit fides eiusmodi: qualem Iacobus reprehẽdit apostolus: quum dixit: Fides sine operibus mortua

Ioan.14.

Iacobi.2.

mortua est. Ad hęc, si uerum sit illud: quod in sermonibus de pręceptis affirmas ipse: pręcepta dei, nonum pręsertim ac decimum a quantumlibet etiam sancto, nullo modo posse seruari: cōtra q̄ sentire uidetur christus: quum dicit. Iugum meum suaue est, et onus meū leue: nec diligatur deus nisi p̄cepta seruentur: nec in fide uita sit nisi cum dilectione iungatur: an non uides, ex tuis uerbis eo rursus redire sermonem: ut fides, quā esse uiuacem uis, uiuax esse non possit. Verum ista quum scribis, satis ostendis aperte: quo tendis: neq; enim sinunt quemq̄ libelli tui dubitare: quin horum proponas et cōtendas alterum: nempe, ut aut ꝑsuadeas periculosam

Hoc dicit Lutherus in quodam sermone habito ad populum. germanica lingua.

Mathęi. 11.

et arrogantem fidem: cuius quisq; fiducia fretus: ferietur ab operibus bonis: et fidem faciat stimulum peccandi securius, credens uidelicet eam solam cuncta semel absorpturā scelera, quātumuis immania. Aduersus quod genus fidei (si fides appellari potest, tam immēsa superbia) fortiter exclamat scriptura sancta: O prę̄sumptio nequissima, vnde creata es: aut ideo certe fidem (q̄q̄ rem uerbis inuestis) in tam sublime punctum subleuas: quo uel pauci possint, uel nemo conscendere: ut uulgus hominum in diuersum trudas uitium: nempe desperationē consequendæ salutis et fidei: quæ desperatio, quum semel radices egerit, omissa prorsus bene uiuendi cura,

Ecclesiastici. 37.

cura, prorumpit in omnẽ libidinem, quemadmodum scribit Apostolus: Desperãtes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem omnis immunditię: cui sentẽtię subscribit et illud: quod habetur apud Iob: Non credat frustra errore deceptus, q̃ aliquo p̃cio redimẽdus sit, Quamobrẽ satis euidenter liquet: pessimam esse doctrinã tuam: qui mediũ omne diffugiẽs, nullã relinquis ꝓmissionis fidẽ, nisi aut eam: quã malã esse, videat cęcus: aut eam: quã uix attingat angelus. Nec aliud utraq; uia ꝓcures: q̃ ut uel optẽtę fidei securitas, uel optinendę desperatio p̃cipitet hoies in flagicioſæ uitæ licentiã: quã solam p̃textu libertatis euãgelicæ laboras iuehere: nec

Ephe. 4.

Iob. 15.

nec aliam charitatem edificas sup fidem tuã. Nam q̃ te super fidẽ scribis edificare, obedientiam erga politicos magistratus: cui nõ et impudens uidetur et ridiculum: quũ nemo nesciat q̃ obstinate doceas, neminẽ christianum humanis ullis obligari legibus: quarum, magistratus ministri sunt: quum omnia cõtemnas sacrosancta concilia: qua in hęresi tam obstinate progressus es: ut simul cum alijs detestandis hæreticis, sacrosanctos canones, palam cũ irrisione combusseris: et tuis inhortationibus icitati rustici, globatim rebellarunt aduersus magistratus, in miserabilem cladem suam indelebilem, et infamiã tuam. Præterea quo pacto posses (si q̃s pudor

Super hoc citetur testis totus orbis.

dor esset) predicare: q̄ sup̄ fidem edificas crucifixionem corporis peccati: quum super mortuam fidem, edifices negligentiam orationum, festorum cōtemptum, ieiuniorum neglectum, castitatis exiliū, et deniq; ferme omnia: quibus christiani, partim ipsius christi prȩcepto, partim ecclesiæ catholicę consensu, peccati corpus solent crucifigere. Ad hæc, quo pacto nō pudet dicere q̄ doces et hortaris: ut peccati corpus crucifigant homines: quū tam obstinate doceas illam detestandam hȩresim: q̄ nemo facultatem habet aut libertatem uoluntatis: qua boni quicq̄ possit efficere. Nam q̄s, aut studebit, aliquid facere bene: aut curabit, q̄d designet male: qui

Vide, vt nihil secū sentiens scribat Luther.

qui quidem sibi semel penitus ꝑsua-
serit: se, ut aliquid faciat boni, neq; ex
se sufficere, neq; cū gratia dei coope-
rari, aut aliquid prorsus agere, neq;
maleficium quod ab ipso fiat, ipsius
esse: ut i quo, nihil omnino sua spon-
te perficiat, sed in quo producat om-
nia diuinæ uoluntatis eterna, et nul-
li mutanda necessitas: quam ipse nec
promouere possit: nec impedire. Hęc
hæresis, omniū quæ unq̃ sunt exortæ
sceleſtissima, et atrocissime blasphe-
mans iusticiam dei, radix ipsa uide-
tur: ex qua pullulant vniuersa scelera:
quibus tam numerosis q̃ nocentissi-
mis, uestra grassatur factio: quorum
scelera tam audacia, ne quid trepidēt
impietatis conscientia, sollicite labo-
ras ar-

ras armare excuſatione decreti diuini, ineluctabili neceſſitate. Quam falliſſimam opinionē, ueſtire et fucare conaris locis quibuſdam ſcripturę, partim per ſe obſcuris, partim aperte detortis per te: quibuſdam etiam in diuerſum ſatis clare facientibus: quas ipſe nihilominus impudens, p te clamas eſſe clariſſima. Qua in re, ſi quid aut mētis haberes, aut frontis, admirarer temeritatē tuam: qui tam abſurdam hęreſim predicare ſuſtineas, aduerſus tot ſanctorum ſententias: aduerſus ætatum omniū totius eccleſię catholicę conſenſū, aduerſus innumera ſacrarū literarum loca tam aperta, clara, dilucida: ut in diuerſam partem nullum colorem poſſint admittere:

quorum

quorum quum tam passim scateant: incassum multa cõmemorem: vnus aut alter exempli causa sufficerit.

Deutr. 30. Nam quid apertius esse potest: q̃ hęc uerba planissima: Proposui uobis uitam et mortem: benedictionẽ et maledictionem: elige ergo uitam, ut et tu uiuas et semen tuũ. Quæso te, quo pacto datur electio: si negatur libertas? Quomodo cum necessitate consistit electio? Eodem modo, quum ex dei persona, bonũ et malum, pœnam et premium, in electione ponẽtis humanæ uolũtatis, aperte dictũ est hòmini: Apposuit tibi aquam et ignem, ad qđ uolueris, porrige manũ tuam.

Ecclesiastici. 15.

Ibidem. Tum id similiter: Ante hoiem uita et mors: quod placuerit ei dabitur illi.

Quid

Quid hic ſibi vult uolũtas: quid manus porrectio: ſi nullam habet arbitrij libertatẽ? Quorſum Ioannes baptiſta, Iudęos hortatus eſt: ut agerẽt pœnitentiã? Quorſum Chriſtus adulteram iuſſit, ne peccaret amplius? Quorſum iuſſit omnes: ut eius mandata ſeruarent: ſi nec ꝑ ſe ſeruare poſſent: nec illius adiuti gratia, quicq̃ ad ea ſeruanda cooperari? Quum deus hominibus diceret: bonũ et malum in ipſorum manu poſitum: uerum ne dixit illis an falſum? Si falſum dixiſſe contendas: iam omnibus eius promiſſionibus aufers fidem: in qua ſola contendis: ſalutem noſtram conſiſtere: contra uero, ſi uerum dixiſſe fatearis: tum te neceſſe eſt fatearis fal-

Mathæi, 3.

Ioan. 8.

Eccleſiaſtici. 15.

 ſum

ſum dícere: quum doces aperte con-
trarium. Quamobrem, hac ín cauſa,
nihíl alíud ín quæſtionem uenít: q̃
utrum Chriſto credendum ſit an tíbi;
níſi forte contendas (ut níhil omnino
tam abſurdum fíngi poteſt: quod ſi
urgearis paululũ: nõ ſis paratus aſſe-
rere) deũ ílla ioco díxiſſe omnia. Sed
neq; iſtud in íllius maieſtatis grauí-
tatem cõuenít: et hac ín re mire locu-
tus eſt ſerio: cum íllis arbitríj líberta-
tem oſtenderet: uelut iuſti ſupplícij
cauſam unícam: ſí cõtra facere q̃ præ-
cepiſſet auderẽt: nimirũ teſtatus ín-
culpatam iuſtícíam ſuam: ne quis de
ſua clementía conciperet opínionem
tam ímpíam: ut íd ſíbí perſuadeat:
quod tu nũc paſſim predícas: mitíſſí-
mum

mum illud numẽ natura esse tam ty-
rannicum: ut qui nihil meruisset mali:
eũ tam atroci, tam interminо miserũ
torqueret supplicio: dumtaxat exple-
turum crudelem torquẽdi libidinem.
Quamobrem, quum tam alte cecide-
ris in puteum, tam pestilentis hære-
seos: ut id sustineas cogitare de deo:
quod nemo bonus animũ possit in-
ducere: ut nõ modo de homine quoq̃
bono: sed nec mediocriter malo per-
suadeat sibi: nihil aliud probationis
requirendum puto: q̃ caduca sint edi-
ficia: quæ tu superstruis super funda-
mentum fluxile, tam infidelis fidei.
Nec eo tamen consilio hæreses istas
tuas attigi: q̃ eas disputare decreue-
rim: nã et tales esse cognosco: ut con-

Quantum impietatis contineat Lutheri dogma de libero arbitrio.

tra quamqꝫ posset afferri, non quantum unas literas, sed quãtum aliquot iusta uolumina possit implere: et iam olim tam aperte reuictæ sunt: tam iuste passim damnatæ sunt bonis ac pijs oĩbus: auditu tam absurdę sunt: vt amplius disputari non debeant: tantũ abest ut debeant credi: etiamsi si angelus de celo predicaret eas: tam longe dissonas euãgelio et fidei: quã Christus tot ætates docuit ecclesiam suam. Qz si, q̃ sunt indubiæ cõtra te: tam essent controuersæ et dubitabiles: iam olim tamen, mihi certum est nihil disputare tecum: quãdoquidem sum expertus: q̃ prorsus omissa ratione, totus uertaris in scurrilia iurgia. Quo ex tempore (id quod seruabo) statui

Prudens consilium illustrissimi principis.

ſtatui, quod ad diſceptationes atti-
net, deploratum iſtud ingeniũ tuum
improbitati ſuæ relinquere. Qz̃q̃ alios
non defuiſſe uideo: qui et ex Anglia
et alijs ex locis aliquot, ad ea quæ in
me ſcripſiſti reſponderint: aliqui etiã
te ex meritis tuis ornarint: et tuis te
tractarint artibus: niſi q̃ rationẽ ad-
miſcuere cõuitijs: quibus tu ſolis diſ-
putas. Eorum nemini quicq̃ adhuc
reſpondes, nõ taciturus haud dubie
tam diu: niſi toties tã aperte uictum,
tandem oppreſſiſſet pudor: quem, ſi
quando rurſus uicerit impudẽtia: ex
ijſdem aliquis opinor exiſtet, qui tibi
te depingat denuo. Ego certe neq̃ tibi ſcribam amplius: neq̃ nunc ſcri-
pſiſſem quicq̃: niſi tuarum me litera-

Rex cur Luthero reſponderit.

rum permouiſſet ſubdolũ conſilium: quo laboras ut credant tui, me iam cepiſſe partibus tuis fauere. Quam in rem, reſponſum retuliſſem breue: neq; tuarũ hęreſum quicq̃ attigiſſem nominatim: ſi non impudenter aſſeruiſſes, nihil aliud te docere: q̃ in fide Ieſu Chriſti, homines oportere ſaluos fieri: tum fidei te ſuperedificare charitatem erga proximos, obedientiam erga politicos magiſtratus, et crucifixonẽ corporis peccati. Siquidem, iſta tua tam effrons impudẽtia me coegit, vnum aut alterum ut proferrem, tam preclarorũ dogmatum, quæ facile quiſq; uideat, lõge alterius eſſe generis, q̃ eorum quicq̃ ſit, quæ te tam falſo iactas ſola p̃dicare. Nec

interim

interim tamen quicq̃ attigi cæterarũ hæreſum tuarum cumulum, quę tam pudendam impudentiam uanitatis tuæ redarguunt. Nam quum aperte ſcribis aduerſus ſacramenta Chriſti, quum celebem caſtitatem damnas in ſacerdotibus, quũ ſacros omnes ordines deijcis, quum panis ſubſtantiã Chriſti corpori coniungis, quũ ſcurraris in miſſæ ſacroſanctã canonem, quum fęminas iubes audire cõfeſſiones, et ijſdem ſacramentorum omniũ adminiſtrationem committis: quum eas iubes conficere corpus Chriſti, quum tam parũ intereſſe cenſes, inter intemeratam Chriſti matrem et impudicam meretricem tuam, quum ſanctiſſimã Chriſti crucem blaſphemas,

Catalogus aliquot dogmatũ Lutheri.

mas, quum doces nullum esse purgatorium, sed animas omnes dormituras in iudicij diem, spem proponens diu differendi supplicij: quo securius peccẽt improbi: quum hæc (inq̃) doceas, et mille pudendas hæreses præterea: non te pudet scribere: q̃ nihil doces aliud q̃ hominem oportere seruari per fidem Iesu christi: quando re uera nihil moliris aliud: q̃ ut Christi fidem penitus possis extinguere: qui si uenisset ea docturus, quæ nunc doces tu: uenisset profecto non auocaturus homines a malo: nec fuisset (q̃d erat) doctor uirtutum: sed manifeste patronus uitiorum: a quo q̃ lõge abfuerit: satis insigne documẽtum dedit: quũ tam immane supplíciũ pertulit

Veri simil limum.

tulit in cruce: quo nos a peccatorum pœna redimeret. Quo pacto patitur (si quis ineſt) pudor, ut talia ſcribas ad me, conſcius in libris tuis, hæreſes iſtas impias, non modo me legiſſe, uerum etiam doctiſſimorũ uirorum iudicio multas reuiciſſe. Quæ, quum ita ſe habeant: mirum tamen eſt uidere quanta cum impudentia recurras, nunc audiri ſaltẽ poſtulans (tanq̃ hactenus nunq̃ fuiſſes auditus) et te mirari ſimulãs, cur damnari debeas: qui nec conuictus adhuc ſis, nec auditus. Nunq̃ ne Luther auditus es, apud eximium patrem, Cardinalem ſancti Sixti, legatũ ſummi pontificis in Germania? Nunq̃ ne p̃bita publice diſputandi licẽtia, adhibitis etiam

Age, dic Luthere colorem.

Lutherus quoties auditus, tamen auditum ſe nondum, dicit.

 notarijs,

notarijs, auditus es in Saxonia? An nō libellis impijs et blaſphemis vſq; quaq; ſparſis, et hæreſum tuarū contagium peſtilens, longe lateq; deferentibus, plus ſatis auditus es per totum orbem: et tamen quæri non pudet, nondum eſſe auditum: ſed damnatum eſſe nullius mali conuictum. Certe quod ad damnationē attinet, licebit ſecurus obdormias: ſi iure dānari non potes niſi ſic reuictus ante: ut ipſe te uictum fatearis: cæterum re uera ſatis ſæpe cōuictus es, et ab alijs nōnullis eruditiſſimis uiris: et (q̄ non ſolum doctiſſimi quiq; teſtantur: ſed et ſacroſancta ſedes apoſtolica iudicauit) a nobis. Quod, q̄q̄ præ ſuperbia non dignaris agnoſcere: tamen

Hoc ut ne get Luther, tamē omnes ſciunt.

ipſa

ipſa re ſatis fateris et ipſe: quum nihil
hactenus præter ſcurriles nenias: qđ
reſpondere poſſes, inueniſti. Ego Lu-
there, etiam ſi nihil earum rerum cal-
lerem: quarum tu damnatus es: tamẽ
quin iuſte damnatus eſſes, dubitare
profecto non poſſem: quum te dam-
naſſe uideam pontificem ipſum ſum-
mum, cũ toto Reuerendiſſimorũ car-
dinalium collegio: quorum iuſticiam
et æquitatẽ nemo bonus habere de-
bet ſuſpectam, propter ſcurriles cla-
mores, improbe debacchantis frater-
culi, ſua damnatione infrẽdentis: præ-
ſertim: qui ſit eiuſmodi, cui ratio mi-
nus ſatiſfaciat: quem nulla mouet au-
toritas: qui nemini quicq̃ credit præ-
terq̃ ſoli ſibi: cui vni credit in oĩbus,

contra

contra ſapientis cõſilium: qui ſcribit:
Prouerb.3. Ne ſis ſapiens apud temetipſum:
quod genus hominum, q̃ deploratę
ſit conditionis uide: Vidiſti (inquit)
Prou.26. hominem ſapientem ſibi uideri: magis illo, ſpem habebit inſipiens. Iam
quum hæreſum tuarũ pleras q̃ damnatas eſſe uiderem, inclytarum ſcholarum conſenſu: quare deberem tot et
tantorum uirorum ſuſpectum habere iudicium: etiam ſi ipſe (quod dixi)
de re quam iudicaſſent, omnino nihil
intelligerem: preſertim, quum in illis eſſęt famigeratiſſima ſchola Pariſiorum, cuius iudicio, quondam ipſe te
ſtaturum ꝓmiſeras. Cæterum poſt,
Strophæ Lutheri. cum intelligeres tã manifeſtarios eſſe
errores tuos: ut nemo bonus eſſet ac

pius

pius usq̃, in cuius iudicio spē possis reponere. In conuentu VVormacensi (ubi te pleno procerū senatu damnauit Cæsar) ad disceptandum quidem obtulisti te: sed ea quę disputarentur cuiusq̃ iudicio submittere (qui q̃ recte contra ne dissereres, posset ferre sententiam) id uero ꝑtinacissime pernegasti. Nunc quum te uideam, hoc te ꝑacto gerere: ut nec in alios iudices cōsentias: nec illis ipsis obedias: quibus obtemperare ꝓmiseras: nec Cæsareæ maiestatis iudicio deferas: quū tot eruditissimos uiros haberet i consilio: nec reuereare quicq̃, et apostolicę sedis et collegij sacrosancti sententiam: sed improbus irrisor appelles ad proximum generale concilium,

nec

nec tamen ſimpliciter proximum: ſed adiecto cuniculo per quod poſſis effugere: nempe q̃ proxime cõgregatum eſſe contingeret in ſpirtu ſancto: ut in quocunq; eſſes damnatus: ibi negares fuiſſe ſpiritum ſanctum: et tamen paulo poſt, generalia concilia omnia contemnere: ne quis dubitare poſſet nulli te tandem prorſus pariturum: quum hoc, inq̃, pacto tegereres: quomodo potuiſſet iudiciũ in te redditum mihi eſſe ſuſpectum: etiam ſi de tota re nihil aut intellexiſſem, aut audiſſem aliud. Nunc uero quum res tuæ quales ſunt, tales ipſe cognoſcam, nempe apertas et indubitatas hæreſes: cuiuſmodi aliquot commemoraui tibi: quemadmodum tu te

Q̃ luculenter aperiũtur Lutheri mores.

tu te mirari fingis hactenus audiri non posse: ita nos contra multo miramur magis: et istud te posse dicere, et quenq̃ inuentum esse: qui te quicq̃ audire dignetur: tanq̃ satis causæ sit, vnius fraterculi peruicax impudentia; cur nunc tandem oporteat dubitare: an ea demum uera sint, quę pro artic̃lis fidei tota credit: et annos amplius mille quingẽtos perpetuo credidit, ecclesia christi catholica: quemadmodũ euidẽter liquet ex doctrina christi, et sanctis eius apostolis, necnon multis alijs beatissimis ecclesiæ doctoribus: quorũ alius alio tẽpore locoq; scribẽs, omnes fuere eadẽ fide cõcordes a Christo nato passoq;, usq; ad inauspicatam predicationẽ tuam.

Quorum

Quorum ſanctiſſimorum patrum, et in ſcriptura ſacra certiſſimorũ interpretum: quum tu ſcripta contemnas, non uideo cauſæ quicq̃: cur poſtulare debeas: aut quid fructus nobis tua ſcripta poſſint afferre, ſanctiſſimorũ uirorum omnium, tot ętatibus comprobatæ doctrinæ, tam ex diametro contraria. Quamobrem quum ſcribis haud parui fructus, magnã ſpem euangelio et glorię dei portendi: ſi tibi libera facultas detur ad nos ſcribendi de negotio euangelij: oporteret tamen profecto te, quicquid hactenus texuiſti retexere, et longe diuerſa ſcribere iſtis ferme oĩbus: quæ uel hucusq; abs te ſcripta ſunt: uel ex literis ad me tuis uideris eſſe ſcripturus.

rius. Nam ex his, quæ ad hunc usq; diē ſcripſiſti, adeo nihil fructus conſecutum eſt euangelium chriſti, ut et oris tui tam uenenati peſtilenti flatu, multum ei pulcherrimi fructus interierit: et ſpecioſiſſima gemma: perq; numeroſa perierit: quæ matutuerat: in dulciſſimum fructum: niſi talis irrepens conuoluulus eroſiſſet.

IAM, Q; TIBI SCVRRAtri libet in eccleſiam Romanam, et clericos, mihi certe non eſt conſilium ea de re multum diſceptare cum fraterculo. Cęterum qualeſquales illi ſunt: ipſe cuiuſmodi ſis profecto ſatis indicas. Sed quando temet haberi uis tam exactum euangeliſtam: feceris

 aliquanto

aliquanto rectius: si prius ex euange-
Math. 7. lio didiceris, ex oculo tuo trabē tol-
lere: q̄ festucam in alieno deprehen-
dere: tum si diligenter expendis ex
his: qui per inuidiā et maliciam mur-
Cape hinc murabant in Mosen: et in Dauidem
Luthere iaciebant conuitia: quis illos maneat
exemplū. exitus: qui in eos contumelioſi sunt:
quibus cum reuerentia debent obe-
dire. Tum ut id perdiscas etiam: si
mutare non nihil ecclesia uideretur:
temperandum tamē cauendumq; ti-
bi, ne tam improbe sis audax, ut arro-
ganter eam tentes attingere, et tuis
digitis curuis et conspurcatis regere,
ne te deus ira ciuilitatem doceat: et
officiū ostendat tuum: quemadmo-
dum olim docuit eum, qui præter fas

ausus

ausus est manum archæ fœderis la- 2. Reg. 6.
basceti supponere. Quanq̃ haud
dubie (tametsi te libido subit debac-
chandi scurriliter in Romanam cu-
riam) tua tamen et doctrina simul,
et uita satis reddunt perspicuum: qp
si tam esset mala q̃ fingis: tibi displi-
cere non posset. Etenim quando tibi
pessimi quiq; apostatæ, qui contem-
pto uoto, et reiecta meliore uita, de-
serto spiritali studio, totos se carnis
uoluptati deuouerit, ueniũt acceptis-
simi: contraq;, uiri boni et studiosi
pietatis, passim e suis edibus, ubi in
oratione, ieiunijs, et castitate delege-
rant, diuino cultui totam uitam im-
pẽdere, per te quotidie, perq; impro-
bam factionem tuam, crudeliter ex-

Sic Luthe
rus crucifigit cor-
pus peccati.

trudũtur, et templum quoq; ſanctiſ=
ſimum, honeſtiſſimo uirginei chori
contubernio deſtitutum, ſcortatori=
bus impuris, et ſpurciſſimis proſti=
bulis relinquitur prophanandum.
An non iſtud inſtitutum tuum, ſatis
ſuperq; declarat, neminem tibi odio
eſſe quia nequam ſit: ſed eum tibi ue=
re eſſe inuiſum: quiſquis fuerit pro=
bus, quiſquis uirtuti deditus, hoc eſt
inſtituto tuo doctrinæq; contrarius?
Nec ob aliud certe magis obmurmu=
ras aduerſum apoſtolicam ſedem: q̃
q; ab ea uides et indignaris, damna=
tas eſſe tam impias hæreſes tuas: ut
illa tibi non abſurde reſponderit:
Exodi .16. Nec cõtra nos eſt murmur tuum, ſed
contra dominum: tum in Chriſtum,
cuius

cuius uicem gerit, ſuſpiciens, aduerſus improbam ſuperbiam tuam clemēter exaudita, clamarit: Preſumentes de ſe, et de ſua uirtute gloriantes humilias. Neq; enim quisq; fere natus eſt unq; : qui ſibi tam multum tribuat : quū iure tam parum debeat, q; ipſe tribuas tibi. Qui, ſi tam uere ſapere: q; tua tibi philautia perſuadet: nō ita te comparaſſes :ut correptus a pōtifice, murmurare potius: q; emendari ſtatuiſſes. Vir prudens (inquit ſcriptura) et diſciplinatus non murmurabit correptus. Vereor haud dubie: ne breui ſenſurus ſis (dū tibi tam impenſe places, et ſapiēs uideris oculis tuis) illud in te cōpetere qđ Apoſtolus dixit in philoſophos Ethnicos,

Iudith. 6.

Eccleſiaſtici. 10.

Roma.16. cos: Euanuerunt in cogitationibus
suis: obscuratum est insipiens cor eo-
rum: et dicentes se sapientes esse, stul-
ti facti sunt. Ita tibi surgit animus: ut
magna cum gloria, numeres te ami-
cis esse ditissimum, magnis presertim
principibus: quos a tua parte stare
iactas in Germania. Sed ego, te pro-
fecto uera sensurum puto: quæ deus
in Apocalipsi cuidã est minatus ho-
mini: qui nisi uitijs illum uinceres si-
Apocali.3. millimus erat tui. Tu dicis (inquit)
quia diues sum et locupletatus, et nul
lius egeo: et nescis quia miser es, et
miserabilis, et pauper et cęcus, et nu-
dus. Credo equidem, haud ita multo
post hac (pro sua in ecclesiam beni-
gnitate) prouisurum Christum cuius
euange-

euangelium conaris prætextu fauoris extinguere, machinam alicunde quampiam: qua tam ſtolidæ ſuperbiæ tuæ, cornua criſtasq; confringat: quum te tam nudum relinquet amicis: q̃ nunc deſtituit gratia: q̃ eam clementer oblatam ſæpe, ſponte non ceſſes reijcere. Quin id, iampridem quoq; luculenter cepit oſtendere: niſi te ſic obcęcaret ſuperbia: ut nō ſuſtineres aduertere. Nam quum tu tam ualde iactes principes fauere tibi: res longe diuerſum probat: quando miſeri illi ruſtici, doctrina tua ſeducti ſumma cum calamitate, et miſerãda ſtrage reuerberati ſunt, uirtute et uictoria clariſſimorum principum: q̃ cum ſummo ſuo apud deum

Principes Germanię quam Luthero fauerint ſcilicet.

p̄mio: apud homines omnes bonos, laude, et gloria, factioni tuæ lectæq; seditiosissimæ restiterunt.

IAM Q; AIS nihil mirandū esse, si te Cæsar et aliquot item principes persequantur: allegans illud prophe=

Psalmo .2. tæ: Fremuerunt gentes: et populi me= ditati sunt inania. Astiterunt reges: et principes conuenerunt in vnum, aduersus dominum: et aduersus chri= stum eius. Hæc uerba reciderunt in caput tuum: si uerum est id quod di= cis: Germaniæ populos et principes tueri partem tuam. Nam id quidem haud dubiū est: quum factio tua to= ta contra Christum militat. Quam= obrem adglutinēt se uobis: quicunq;

Psalmo .2. uolent. Qui habitat in celis irridebit eos:

eos: et dominus ſubſannabit eos: íd quod, iam pridē ſatis declarauit: quū plus minus ſeptuaginta míllia: ex his qui in tuam ſectam coniurauerant, immiſſis in eos, ultione diuina, prin= cipibus, paucis menſibus interem= pta ſunt.

IAM QVVM TAM SAN= cte optas: ut deus in me uerbis ita cooperetur tuis: uti miraculo quodā conuertar in fauorē euangelij: euan= gelio me fauere ꝓfiteor: et idem ani= mus, precor non ſolum ut ſit perpe= tuus, ſed etiā ut increſcat in dies: ue= rum quum te haud neſciam, rem ſic accípere: tanq̄ euangelio nō faueant: qui ſectæ non fauent tuæ, nec ſolere

deũ cognoſcam, aduerſus filij ſui fi-
dem edere miracula: certe, potius q̃ íd
prodigiũ in me malus producat ge-
nius: ut ego ex animi tui ſentẽtia, ſub
euangelij nomine faueam impietati
tuæ, optarim certe: ut tu tuiq; omnes
illuc Luthere prius auehamini: quo
(ſi non reſipiſcitis) uos par erit auehi.

NAM, Q; HONORIS TAN-
tum ſcilicet, tam humíliter offers no-
bis: ut ſi mihi placiturũ ſentias, alium
líbrum non graueris edere: quo, de
me largiter, meras laudes predices, ſi-
mul ea reuocans ac retexens omnia:
quæ dudum in diuerſum ſcripſeras:
hoc te labore toto Luther, oppido q̃
líbens líbero. Neq; enim ſic incendor

Diſce hinc Luther modeſtiam.

gloríæ

glóriæ ieiúnio: ut tuos líbros in meas laudes ambiam: ſed opto potíus, quod magís in rem ſit tuam, nempe ut agnítis erroríbus, et recantatis hęreſibus, reſipiſcens tandem, et reuerſus ad fidē, ſic eam ſcríptis probes, et operíbus bonis: ut índe laudem poſſis et gloríam dare deo. Alióqui, ſi ad iſtum quo cepíſti modum in hæreſibus impijs, et ímproba uíta perrexeris: me profecto laudare nō potes impenſius: q̄ ſi uituperes: nec e diuerſo, magís odioſe traducere: q̄ ſi quā maxíme potes extollas, ſi uerū eſt (ut eſt profecto) quod legítur apud Senecā: tam turpe tíbi ſit laudari a turpibus: q̄ ſi lauderis ob turpia. Quamobrem quum ſcríbis líbri tui in me editi uehementer

Ab illaudato uituperari honorificum eſt ex prouerbio.

uehementer te pudere, culpam transferens in alios, nescio quos: quorum instigationi parueris: et pedib⁹ meis aduolutus suppliciter oras ueniã: sperans quum me mortalem meminerim: q̃ immortales inimicitias nolim gerere: profecto Luther, tametsi tu magnifice et sublimiter de teipso sentiens, pro iure tanto semper habuisti te: ut non puduerit scriptis etiam tuis profiteri: non esse solum te: sed et futurum semper: nec uiuum modo, sed præterea mortuum, imo exustis etiã cineribus, et in mille proiectis maria, perpetuum tamen hostem et inimicum põtifici, cuius faltigio, haud nescio q̃ longo reges interuallo sint impares: ego te nunq̃ tamẽ estimaui tanti:

Hæc ait in Babilonica.

tanti: ut unq̃ ſim dignatus eſſe inimi-
cus tibi: tametſi hæreſes tuas habeã,
quantum alius quisq̃ exoſas. Sed nec
eorum cõuitiorum quicq̃ (quibus in
me ſcurriliter debachatus es) tam val-
de me commouet: ut non prece mul-
to minori, nobis poſſis, q̃ qua nunc
es uſus, abunde ſatiſfacere: ſi tibi res
ex animo et ſyncere ſatis ageretur.
Verum enimuero, quũ uideam ſup-
plices iſtas obteſtationes tuas, hære-
ſum tuarum defenſione paſſim arro-
ganter ſparſas: non ſum Luthere tam
cæcus: ut non ſatis cernam quorſum
tendat, tua iſta non ſatis ſapienter ce-
lata uafricies: qua tametſi ſtulte inte-
rim contumelioſus es: ſollicite ſtudes
eblandiri gratiam facultatemq; libe-
ram,

Hæc cha-
ritas non
ſtat vsq̃ ſu
per funda
mentum
tuum Lu-
ther.

ram, de tuis ad nos hęreſib⁹ ſub euan
gelici negocij prętextu, quaſi cum ali=
quo fauore ſcribendi. Qz ſi Germa=
niæ principes, iam inde ab initio (qđ
utinam contigiſſet) inſtituti tui pro=
poſitum finemqꝫ tam prouidiſſent:
nunq̃ profecto noīe libertatis, tan=
tum calamitatis inuexiſſes illuc.
Quamobrem, ut tu ficte Luther ſup=
plicaſti nobis, per Chriſti ſanctam et
uenerandam crucem, quam Chriſti
crucem, quanto tu honore proſeque=
ris ſatis tua declarant ſcripta quibus
eam non impie ſolum, et cũ blaſphe=
mia, ſed improbe quoqꝫ, et nõ feren=
da ſcurrilitate tractaſti: ut offenſas in
me tuas cõdonem tibi: ſic ego te ſyn=
cere contra, et animo uere chriſtiano
cohortor:

In ſermo=
ne quodã
ad popu=
lum.

cohortor: ut te proſternas, non meis quidem pedibus, ſed ante pedes dei: tum ut per eius gratiam quę ſemp ad manum preſto eſt his, quicunq; non improba ſponte reppulerint, uoluntatis tuę libertatem (quã neſcio ſtulte ne magis an impie nullã eſſe contendis) diligenter applices, ad inuocandum diuini fauoris auxilium: quo, et precibus tuis conceſſo, et aſſiduitate ſupplicis implorationis adaucto, ſic adnitere cooperari cũ illo: ut ablegata primũ, in Cœnobium aliquo miſera illa muliercula, chriſti quõdam ſpõſa: qua nunc in utriusq; dãnationem, legitimi cõiugij noĩe abuteris, ad ſceleſtiſſimã libidinem: ipſe p oẽs uitę tuę dies reliquos, lugeas et igemiſcas tecum,

cum, multiplices errores: in quos incidisti immensum malorum cumulum: quem tot in locis impij libelli tui conflarunt, miserandam perniciem tam numerosorum corporum: quot incitante te, miserrime sunt peremptа. Super omnia uero, maxime lamẽtabiles miserrimarum animarum interminandos cruciatus, quas improba doctrina tua super numerum precipitauit ad inferos. Atq; utinam tibi tã efficax esset gratia, et tãta fortitudo spiritus: ut nullus terror periculi, nullus te mortis metus queat retũdere, quo minus audeas ultro mediis te turbis ingerere: et palam predicare uerum, damnans et detestans publice hæreses illas nepharias: quibus

Hæc animũ tuum deberent maxime cruciare Luther.

bus, et uoce multum et magis cala-
mo, pestilenter infeciſti mundum: nec
adhuc exhauſtus tamen, teterrimam
eiu. dem cœni colluuiẽ conditam ser-
uas in pectore. Iſtud quanto faceres
fortius: tanto faceres melius: tanto
magis et fidei negocio (cui tantum
nocuiſti) prodeſſes, et pro his quæ
ſcelerate commiſiſti ſatiſfaceres.
Q̃z ſi tibi non eſt tantum gratiæ, ſi
te præpediat humanæ carnis infir-
mitas, nec per terrorem ſuſtineas he-
reſes et errores tuos, apud eos quos
corrupiſti, reuocare præſens, apo-
ſtolum ſaltem Petrum non dedigne-
ris imitari: q̃q̃ eius ſucceſſores con-
temnis. Itaq; ſi non audes intus fa-
teri uerum; ſed abnegas et abſuras

Christum: exi saltem foras ab his, quos ipse malos (in hoc dissimilis Petro) feciſti: et peccatum tuum amare defleas: procul abducens te quopiam in religiosum cœnobium, ubi ad gratiæ remissionisq; fontem Christum recurras; et salubrem agas admissorum pœnitentiam: ubi recãtare possis errores tuos, in animæ tuæ salutem, citra periculum corporis. Ibi reuocãdo lugendoq; pestilentes hæreses, et flagitiosa facinora diuinę misericordiæ supplici et non nimis arrogante fiducia, gestu, uerbis, animo publicani, procura salubribus assidue pœnitentiæ fructibus condonationem præteritorum scelerum.

Luc. 22.

Luc. 18.

Quam mutationem atq; emẽdationem

nem

nem tui, atq; aliorum item exemplo tuo, nō minus profecto libenter audierim: q̄q̄ hactenus audire tristatus sum, et te et per te plurimos miserrime passim perire.

Velis ne Luther responsum clementius hoc?

. . .

Finis.

Londini
in ædibus Pynsonianis. Anno domini Millesimo quingentesimo uicesimo sexto, secunda Decembris. Cum priuilegio a rege indulto.

. . .

MVSEVM
BRITAN
NICVM

DVx Anchiſiades, patrios ex hoſte penates
Cæperat: et præcium pro pietate tulit.
Nam pius Aeneas, toto cantatus in orbe,
Auſonio meruit regna tenere ſolo.
Sed tibi mortales, rex illuſtriſſime regum,
Quæ referant meritis premia digna tuis.
Tu ſiquidē æternum ac uerum p̄ ſecula numen
Aſſeris, ætherij fortis ab hoſte dei.
Tu reuocas paſſim iam relligione per orbem
Labentes, uera conſtituiſq; uia.
Tu ſuperum cultusq; pios laudesq; tueris,
Et deus humano quod dedit arbitrio.
Ordinibus meritos cunctis defendis honores.
Tu legum firmas iura uerenda bonis.
Nullus honos tantis ęquanda ue gloria factis:
Quæ datur humani munere iudicij.
Defenſor fidei (nec enim dare maius habemus)
Nomina ſunt titulis inferiora tuis.

Viderit ergo deus, magni dominator olimpi,
Quæ tibi pro merito conferat ipse tuo.
Nos bene mortales vno simul ore precantes,
Dicimus assidue, uoce fauente preci:
Clare diu princeps o uiue salutifer orbi:
Viue diu populi spesq; salusq; tui.

MVSEVM
BRITAN
NICVM